

Nobilissimo Domino,
Constantino Hugonio Zuberli Domino,
C. Barlaeus S. P. D.



Uide, mi Hugoni, quam feliciter tibi esset audacia
tua, aut ut mitius loquar, et aequitas. Tossida
minus aequo animo videtur accepisse responsum tuum,
rotundius enim respondisti me. Unde mirum. tuas quippe
offensas placabiles puta, mea implacabiles forent.
Etiam vidua, prout homines sunt, iras cordas vel
plumbas gerunt. Dant veniam corvis, columbas
confusa vexant. Non respondet tibi, verum apographum
responsi tui ad quaestionem sacram misit ad Satrapam,
ut amarioris hac pokione quartanae suae morderetur.
Et enim solitus est Satrapa vomicas Pontificias
acriore apud illam scalpello pertinere et sale
non fatuo perfricare. Quare asperissima illa, ut
se de duobus ulcifertur, una fidelia duos paridos
non dealbavit, sed denigravit. Nemo, quae scripsit
Satrapa. Ego, nescio quo fato, inter has tabulas saluus
enavigo. Dies tuos sacros, opus diviniissimum,
tradidi in manus Hoofdia, quae summa veneratione
illos excepit, praesentibus Consule vander Meyde, Parrio
Satrapa gendre, Sebulyio et Rychario Hoofdia
affinibus, qui plerumque omnes in chartas tuas invo-
larunt. Illa verdecundo rubore pingebatur, cum
acciperet grande hoc Christiani Effortus pignus.
Dicam subreptam. Versus sunt adpersissimi, gravissimi,
acutissimi & sanctissimi. non in atramentum, sed
ipsum Quidam succum tinxisti calamum. Non dicis
obvia et millia in vasis decantata, sed tibi oratoria,
hoc est, non dicta prius. Curabo sic imprimi

Hug. 37.

character angusto, prout exigit argumenti
manifestas. Specimina sive. Probas ut vocant,
non erit necesse Regam mihi. Hoofdius illa mēn
legit attentius. Videmur enim assequi mentem &
animina tua. Ego deo editor & fulgore tua
lucē. Profator ad lectorem Jambis, quos hui
fudi. Luge pro tuo in me iure impetrare, cum
tibi morum q̄dē, domini, libertatis, gloriā ac
dignitatis speciem interpretor. Quartanam Hoofdy
discussit Capricornus. Epigramma in Hylus
lectulum, tuum est, nihil addo. licet convenientius
fuerit, inter libros vigilare dominū, quam dormire.
Epigrammata in templiⁿⁱ conflagrationem ipsis
flammis magis lucēt. non tamen ausim Romanam
accusare combustionis istius, quā negligentia
illorum accidit, qui plumbra terra reficere solent.
Vale Vir Nobilissime de scribo sapius, mēmor,
Cras altera mittam. Salvam à me filij or.
Amstod. xvii Jan. An^o ciccxlvi.

